



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

26 Jan. 7 Kal. Feb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

122 ANNI CÆLESTIS
tuâ oratione accendisti, sæpè cur
Cælitibus, qui tibi oranti aderant
collocuta.

Sancti Donat, Sabine, Agape
MM.

S. Marine M.

S. Bretannio Ep.

S. Poppo Abba, peregrinorum
exemplar sanctum, qui ad nuptias
pergens, cælesti luce mutatus, plus
postea flere dictus es, quam biberet
qui dæmonem alapâ fugasti : ac
tandem, dum, plenus virtutum,
terræ osculum dares, Deo animam
reddidisti.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 44.

S. MARIA, quæ hodiernum tuum
B. Henricum sæpè visitasti, sitientem
recreasti, præconem nominis JESU ap-
pellasti. Visita me; & ubi me languere
vides, excita me!

26 Jan. 7 Kal. Feb.

S. Polycarpe, dilecte dilecti Chri-
sto Joannis discipule, qui Mar-
cionem hæreticum, primogenitum
satanæ dixisti : igni addictus, odo-
res dedisti, igne innoxio, velut for-
nlice aut arcu, tibi imminentem : ac
tandem gladio confixus es, animâ

tuâ

tuâ, instar columbæ, visâ è tuo cor-
pore evolare , postquam dixisti;
nolle te Christo, tibi benè semper
facienti, maledicere. Sancte mi, ora,
ut nullus satanæ primogenitus, im-
probus socius nemo, ne ipse quidem
satanas, mihi , seu viventi, seu mo-
rienti , nocere quicquam possit.
Commenda me Magistro tuo Jo-
anni ; ut ille spiritum hunc meum,
cùm expiravero , deponat in eo , in
quo ille quievit , sinu Dei J e s u.
Amen.

Sancti duodecim Martyres.

SS. Dative, Æmiliane, & socii
MM.

S. Theogenes Episc. & alii tri-
ginta sex Martyres.

S. Paula Vidua , ad præsepe nati
Christi extincta , quæ ante mor-
tem , ad decôrem domûs Dei , ad
æternitatis domum , sanctè suspi-
rans, dixisti , nihil te habere mo-
lestum; sed omnia tranquilla per-
spicere.

S. Simeon Prisce, qui in monte
Moysis Abbatis, pronus, absque
ullo cibo , per septem dies jacuisti,
cælesti voce posteà surgere , & pa-
rata tibi tria pomajustus comedere.

S. Theophani Comes, miferi-
cordiax operibus illustrissime; cuius
pedes,

124 ANNI CÆLESTIS
pedes, podagrâ, & sanie misera-
biles, post mortem, integri appa-
ruere, & è sepulchro fragrantia
cælestis erupit.

S. Alberice, qui moriens gloriam
tuis paratam vidisti; & in Litanis
cum diceretur, Sancta MARIA, ora pro
nobis; facies tua, Solis instar, tota
resplenduit.

S. Bathildis, è Reginâ Monialis,
quam moriente, lux è cælo effusa, &
animæ tuæ migrantî visus est S.
Genesius, spiritualis olim tuus pa-
ter, & pulcherrimi Angelorum
chori, animam tuam quasi mani-
bus, alisque cælo invehentes pa-
scalas cæli.

B. Haseka, per sex & triginta
annos, in sancto silentio, reclusa
Virgo; quæ, post mortem, cuidam
tertiò visa, tuum iis, qui à te o-
pem flagitaverint, auxilium pro-
missisti.

S. Joannes, & Arcadi, fratres;
parentibus ostensi, quasi Christo
adstantes, & Joannes quidem in
throne, cum sceptro, & corona;
Arcadius vero, stellato cum dia-
demate, penè lectulum, Crucem
gerens.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 44.

S. MARIA

IS
misera-
appa-
grantu-
Iorian-
itaniis-
orap-
ur, tot-
nialis,
usa, &
est S.
ius pa-
lorum
mani-
tes pa-
iginta
eclusa
uidam
te o-
pro-
atress;
hristo-
m in
ronâ;
n dia-
ucem
&c.
ARIA;

XXVII JANUARII. 125

S. MARIA, quæ S. Albericum in-
ter Angelos invisens, illi religiosam
vestem dedisti: fac me dignum bene-
ficiis, quæ à te accepi, & quæ spero
à Deo, per te!

27 Jan. 6 Kal. Feb.

S. Joannes Chrysostome, ardens
Elia, pasche plurima, ob Jeza-
belem Eudoxiam: cui Sancti Pe-
trus, & Joannes claves, & librum,
ad scripturas intelligendas, dedere:
cui scribenti Paulus, sacrificanti
Spiritus sanctus, morituro S. Basi-
liscus Martyr (ad cuius corpus ora-
veras) adfuit, & hæc dixit: Joannes
frater, crastinus dies nos loco con-
junget; & conjunctus es, viatico
sancto communitus. Aperi os au-
reum pro me, apud Deum; ut et ego
moriens, ita viatico, ita tuo solatio,
& comitatu muniar, ut mortis meæ
dies nos loco conjugat æternum.
Amen.

S. Julianæ Ep. qui dæmonem, in
draconis formâ, sævientem fugâssi;
serpentem, qui se toto pueri corpori
undique illigârat, oratione disrupti;
captivos, per Angelos, liberâsti;
& à morte visus in gloriâ, te videnti
benedixisti.

S. Lupe,